

LXXXVIII

excruciat. unde dicitur Ecclesia. ij. Si multis
 annis vixerit homo et in his omnibus le-
 ratus fuerit. meminisse debet tenebrosi
 carceris et dierum malorum. qui cum venerit
 vanitatis arguentur preterita et sequitur.
Adolescentia et voluptas vana sunt. **I**te-
 rum dicitur Boetius. Fallax gratia et vana est pul-
 critudo. Quid enim vanius quam quod modica
 febre dissolvitur. unde Boetius forme nitore
 tam rapidus est et velox ut hyemalium
 florum sit mutabilitate fugatio. **S**
Secunda vanitas est que attendit in bonis
 fortune. quod homo tota die nititur congregare
 tanquam per ea nature sue vanitatem tolle-
 re possit. **D**ugo dicit. Vanus est omne quod
 causa spe frustrat expectantem siue sit flui-
 dum cum sustinere credatur siue fragile cum
 credatur solidum siue vacuum cum putet esse
 plenum nec quiete laboranti dat nec ple-
 nitudine contenti. ergo si temporalia omnia va-
 na sunt. quod sustentabunt cum sint labilia
 quod quietabit cum sint fluida. quod facia-
 bunt cum sint vacua. **A**u enim secundum philosophum. ne-
 mo det quod non habet. quomodo quod est va-
 num prebere poterit alteri sulcimentum.
 quomodo baculus vacuus. pondus ho-
 mis sustentabit. **I**tem quod umbra veri-
 tatem replebit. **P**ropterea dicitur Ecclesia. ij. in p-
 sona salomonis. Magnificavi inquit opera
 mea edificavi domos. plantavi vineas. fe-
 ci ortos et pomeria. et coseui ea cunctis
 generibus arborum extruxi piscinas aquarum
 possedi seruos et ancillas multasque fami-
 liam habui armenta bovis et magnas ovium
 greges ultra omnes qui fuerunt ante me et
 omnia que desideraverunt oculi mei non nega-
 vi eis. nec peribui cor meum quin omni volu-
 pte frueretur. **Q**uis unquam sic dives ut
 iste et tamen statim ibidem adiungit. Cumque me
 convertissem ad universa que fecerat ma-
 nus mea et ad labores in quibus frustra luda-
 veram. vide in omnibus vanitatem et afflictio-
 nem spiritus et nihil permanere sub sole. **Q**uid
 ergo stultius quam a morte suam ponere in va-
 no. sperare in vano. et domum suam constitu-
 ere super vano. unde dicitur Isaia. xx. loquens de
 mundo sub figura egypti. ve vobis filii de-
 fertores sperantes auxilium in fortitudine
 pharaonis. et habentes fiduciam in umbra
 egypti. erit enim vobis fortitudo pharaonis
 in confusione et fiducia umbre egypti in
 ignominia. et subdit. Egiptus enim frustra
 et vane auxiliabitur. **E**t nota quod valde pro-
 prie egiptum siue mundum umbram esse dicitur
 nam umbraliter habeat omnia corporis
 linamenta soliditate tamen corporis et membro-
 rum penitus caret. unde sicut stultus esset
 qui umbram suam in profundo flumine cer-
 nens confidens super eam ascendere. cum ab
 ea sustentari non posset. **S**ic per omnia stul-
 tus existit qui in mundi vanitate confidit.
Nam omnis talis est illi cani similis de quo
 dicitur. quod dum carnis frustum ore gestaret.
 dum umbram carnis secum et alteram
 carnem putaret. carnibus dimissis ad um-
 bram cucurrit. et cum ibi nihil invenit um-
 bram cum carnibus perdidit. unde dicitur tigris
 dicitur. quod cum sit animal tante velocitatis ut
 nihil illam effugere possit. cumque venato-
 res filios eius auferunt. in equis veloci-
 bus fugam arripiunt. sed tigridem affuge-
 re cursu non possunt. sed cum speculo eam
 decipiunt. nam cum illam sibi proximare
 conspiciunt. speculum post se proiciunt.
 et eadem suum ydolum in speculo videns
 et filium esse credens dum in imaginem
 tendit. et ibi quasi filio congaudens spem
 suam ponit verum filium irrecuperabili-
 ter perdit. **S**ic qui in presenti bono spem
 suam statuunt verum bonum amittunt.
Propter quod dicitur in psalmo. Filii ho-
 minum usque quo gravi corde etc. **T**empo-
 ralia enim dicuntur vana quia habentes
 non faciunt. sed dicuntur mendacia quia
 quod promittunt non donant. **T**
Tercia vanitas attenditur in bonis gra-
 tis gratis date. **S**ed cunctis alijs obmissis
 videndum est de sola vanitate scientie que
 est multis causa ruine. **D**e hac enim dicitur

Non quo spalia sua vana et fugax et de se et de re